



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Symphorianvs M. 22. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

sane Germanum probarunt. Omnes igitur eodem gladio cæsi, eadem palma coronati: ad quem nuncium BASSA plus aliquanto exsiliit gaudio, quam si uno die vicesse omnes in Olympicis audiisset. Interea hanc carcere & fame vexatam Angeli cibo suo recrearunt, ut suum terræ iam minimè invideret BASSA. E carceribus ubi prodiit, ignem, aquas, lapidantium manus & Deos ipsos humi dejectos fœmina triumphavit. Triumphum splendidiorum feræ immisæ reddiderunt, quas cicurare Virtus potuit, non tyrannum, qui toto mari obruere triumphum BASSÆ voluit. Sed in fructus abiectam matrem gloriosi è cælo filii navelcula excepere & ad portū incolumem deduxere. Verum illa potius cælesti litus spectabat. Atque ad hoc ostendit post etsi cruribus fractis & sine capite, enatavit tamen per sanguinem suum.

*Ex Men.*

S. SYMPHORIANVS M.

22. Augusti.

**A**NNO post Deum hominem CC  
**X****X****III.** SYMPHORIANVS Iuventutis Augustoduni in Galliâ princeps, quod cultum Diis negasset, iussu Heraclii, qui pro Valeriano illuc furebat, in vincula est abreptus, sed quæ ille digna nobilitate Christianâ monilia putat.

V.G.  
nnes  
alma  
SSA  
am si  
s au-  
me  
runt,  
deret  
diit,  
us &  
mina  
idio-  
quas  
num,  
shum  
abje-  
navi-  
mem  
est  
tiduo  
apite,  
uum,  
  
M.  
  
CC  
S Iu-  
prin-  
jussu-  
fure-  
ua il-  
onilia  
puta-  
  
21. AVG. *Vitæ Sanctorum.* 457  
putavit. Pugnabat in fortissimum ju-  
venem geminâ acie tyrannus : hinc ag-  
nien minæ, verbera, flagra, illinc blan-  
ditiæ, munera ac promissa ducebant :  
perrupit tamen martyr utrumque cor-  
nu, & illud constantiâ , hoc etiam risu  
vicit fuditque. Sed victorem pessimus  
judex ad gladium damnavit. At SYM-  
PHORIANVS præferri sibi secures  
non in supplicium sed triumphum  
putavit , quem augustissimum mater  
triumphantis fecit, dum his vocibus è  
tecto & ipsa triumphans , acclamavit.  
Io ! fili , triumpha ! Io ! tecum mater  
triumpho ! quid enim ? Certè victorem  
filium, præferri secures, & sequi victimum  
tyrannum video. Sed cur sine purpurâ?  
fallor ; an tuus hanc crux dabit ? Et  
cur sine coronâ ? iterum fallor , calum  
hanc dabit , nec è mortali lauro dabit.  
Superi ! filio jam supervivere matrem  
juvat , juvat oculos claudere. Audite  
votum novum sidera, & tu fili , i, san-  
guine subscribe. Hæc aut similia ma-  
ter : filius interim cælestis jam Capito-  
lijum vicit tenebat. *Ex Surio.*

S. BERNARDVS SENENS.  
CON F. 22. *Augusti.*

**S**Enis oriundum sive IOANNEM  
sive BERNARDVM dicas, nū-  
quam nomen mentietur, semper Vir-  
ginis clientem loquetur. IOANNES à

G g pue-